

## Die Stadt Zürich im 15. Jahrhundert

### Übersetzen Sie den Text in gutes Deutsch.

*Albrecht von Bonstetten hat 1479 eine der ersten geographischen Darstellungen der Eidgenossenschaft verfasst (Superioris Germaniae Confoederationis descriptio). Im Kapitel über Zürich beschreibt er die Lage der Stadt und ihre Besonderheiten, die Architektur der Gebäude und auch die weitere Umgebung.*

- 1 Binos<sup>1</sup> pontes super fluvium statuerunt Thuricini<sup>2</sup>, ut expeditius absque<sup>3</sup> navigio ad invicem deambulare<sup>4</sup> possint. Una urbium appellatur maior, altera minor. Maior Sveviam<sup>5</sup> versus septentrionemque se extendit, in cuius etiam fine constructa dicitur. Minor erga Gallorum latus se erigit, longe antiquior et, ut aiunt, ultra mille annis
- 5 altera, in qua adhuc collis pulchre praeeminentie<sup>6</sup> cernitur, nunc arboribus umbrosis plenus, super quo castrum grande fuit olim positum, quod Decium paganum<sup>7</sup> et illius terrae a Romanis opibus<sup>8</sup> deputatum<sup>9</sup> iudicem tempore martyrii divorum Felicis et Regulae inhabitasse ruminatur<sup>10</sup>; modo<sup>11</sup> theatrum et civium spectaculum est atque aestivalis<sup>12</sup> palaestra.

---

<sup>1</sup> bini zwei

<sup>2</sup> Thuricini *Bewohner von Turicum*

<sup>3</sup> absque + Abl. *ohne*

<sup>4</sup> deambulare = ambulare

<sup>5</sup> Svevia *Schwabenland*

<sup>6</sup> praeeminentie *herausragend*

<sup>7</sup> paganus *der Heide*

<sup>8</sup> Romanae opes *die römische Macht*

<sup>9</sup> deputare *zuweisen, entsenden*

<sup>10</sup> ruminatur = dicitur

<sup>11</sup> modo = nunc

<sup>12</sup> aestivalis Adjektiv zu *aestas*



Gemälde von Hans Leu (ca. 1460-1507)  
*collis ... cernitur*

10 Aedes<sup>13</sup> e quadratis et ingentibus lapidibus summum adusque<sup>14</sup> aedificatae sunt,  
magnae altitudinis et intus ligneis aedificiis<sup>15</sup>, stubis<sup>16</sup>, aestuariis<sup>17</sup>, salis<sup>18</sup>, cubilibus  
atque culinariis<sup>19</sup> mirabili visu<sup>20</sup> dispositae; vicos<sup>21</sup> habens<sup>22</sup> amoenos, etsi non  
amplos, tamen coctis lapidibus<sup>23</sup> ubique muratos<sup>24</sup>; est quoque populosum, est gens  
humana, laeta, pulchra et in conterraneis artificiis<sup>25</sup> perscita. Foris<sup>26</sup> urbem terra  
15 gracilis, uber ripis, ponte et navigiis. Sunt agri plantis consiti, in Cerere signanter<sup>27</sup>  
abundantes.

Non longe montosus<sup>28</sup>, licet<sup>29</sup> in ampla valle, situs Thuricinus<sup>30</sup>, a parte lacum  
pergrandem et longum habens pisciferumque, ad cuius litora colles sunt viniferi. Hic  
sunt villae<sup>31</sup> humanissimae et veris aeterni fertilitate arborum spissatae<sup>32</sup>, hic et  
20 nemora umbrifera.

Ut fertur, Thuricenses decem milia bellatorum ad pugnam ducere potuerunt. Arma  
et insignia urbis priscis a temporibus huiusmodi fuerunt: clipeus ferme<sup>33</sup> indirecte<sup>34</sup>  
divisus, in superiori parte albo et in inferiori blavio<sup>35</sup> coloribus simpliciter depictus.

---

<sup>13</sup> aedes hier im Plural zu übersetzen: die Häuser

<sup>14</sup> summum adusque bis zum Giebel

<sup>15</sup> aedificium hier: Raum, Zimmer

<sup>16</sup> stuba vgl. deutsches Wort

<sup>17</sup> aestuarium Sommerlaube

<sup>18</sup> sala vgl. deutsches Wort

<sup>19</sup> culinarium Esszimmer

<sup>20</sup> mirabile visu wunderschön (anzusehen)

<sup>21</sup> vicus hier: Gasse

<sup>22</sup> Subjekt zu habens ist Turicum

<sup>23</sup> cocti lapides Backsteine

<sup>24</sup> muratus, -a, -um gepflastert

<sup>25</sup> conterraneum artificium Handwerkszweig

<sup>26</sup> foris (+ Akk.) = extra (+ Akk.)

<sup>27</sup> signanter sehr

<sup>28</sup> non longe montosus beinahe bergig

<sup>29</sup> licet hier: gewissermassen

<sup>30</sup> Thuricinus = Turicum

<sup>31</sup> villa hier: Dorf

<sup>32</sup> spissatus (+ Gen.) voll von etw.

<sup>33</sup> ferme = fere

<sup>34</sup> indirectus schräg

<sup>35</sup> blavius vgl. deutsches Wort

## **Beantworten Sie die Fragen.**

1. Markieren und bezeichnen Sie im obigen Text je eine Alliteration, ein Asyndeton und ein Hyperbaton.

2. a) Welcher Ort in der Stadt Zürich wird in den Z. 5-9 beschrieben?

b) Wen oder was trifft man heute dort an?

3. a) Kreuzen Sie an: Der Diener von Felix und Regula hiess:

Excalibur

Exuperantius

Excruciatius

b) Welches Martyrium erlitten die drei?

c) Mit welcher heutigen Kirche werden sie in Verbindung gebracht?

4. Welche Textstelle prognostiziert Zürichs aktuelle Verkehrsprobleme?

5. Zeichnen Sie, was im letzten Satz (Z. 22-23) beschrieben wird.